



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De ijs quæ in confeßione sunt examinanda c. 18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

cepta, nam hæc sub mortali quilibet tenetur scire, & nescientes non sunt absoluendi, nisi cogantur quamprimum illa addiscere.

*De iis, quæ in confessione sunt  
examinanda. Cap. 18.*

**N**ullo modo Confessarius pœnitentem interroget, nisi prius ea, quæ ipse nouit, vel memoria tenet, humiliter accuset, nam si de peccatis antea non cogitauit, est dimittendus, si cogitauit, fieri non potest, quod aliquorum non recordetur. Ignaros autem pœnitentes prius interrogabit de circumstantia peccati specie mutante, ut si percussit laicum, vel clericum, in loco sacro, nec ne, & an animo occidendi, an non, & an hoc vel illud existimat esse peccatum mortale, nec ne. Hinc de peccatorum numero, siactus sit interior, vel exterior, de occa-

sionibus peccatorum, de tempore,  
& frequentia, atque aliis, prout cō-  
ditioni, & pœnitentis saluti con-  
fessarius expedite nouerit.

*De iis quæ post cōfessionem sunt  
examinanda. Cap. 18.*

**N**E pœnitens in peccatorum discussione, aliqua ex igno-  
rātia, vel memoriarum defectu imprudēter omittat, poterit etiam confessione ab illo facta, confessarius aliqua interrogare. Primum an prauo fine fecerit, quæ de se bona erat, si habuerit animū aliqua peca-  
ta cōmittere, quæ ex impotētia, vel timore postea non cōpleuerit. nū alios etiā suo exēplo, vel verbo ad peccandū induxerit. Rursus per præcepta discurrat, ea tantum pe-  
tendo, quæ ante omissa, in confessione fuerant. Personarum qua-  
litatem consideret, an docti, ve